



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XXXI. Markgraf Hermann überläßt dem Kloster Arendsee zwei Hufen in  
Pinnow, am 15. August 1303.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XXX. Markgraf Hermann genehmigt eine von Gerhard von Möllendorf vorgenommene Schenkung an das Kloster Arendsee, am 10. November 1299.

Hermannus, dei gracia Brandenburgensis Marchio et dominus de hennenberg, Omnibus Cristi fidelibus presentes litteras inspecturis Seu auditoris Salutem in domino sempiternam. Ne ea, que geruntur in tempore, Simul recedant cum lapsu temporis, Expedit acta hominum Sigillatis apicibus eternari, Cupientes itaque honesti militis Gherardi de molendorp, nostri fidelis dilecti, iustis petitionibus non deesse, Et eciam in remedium anime nostre fauorabiliter annuere votis suis, Duos choros sitos in villa Bocholte duri frumenti damus, tradimus et liberaliter assignamus, vt ad Claustrum Sanctimonialium in Arneffe cum omni Jure et proprietatis tytulo debeant perpetuis temporibus pertinere, eo Jure eciam possideant pacifice et quiete, quo nos vel nostri heredes debuissimus possedisse. Et ne ex hoc alicui fiat dubium, presentem litteram nostri sigilli munimine iussimus communiri. Testes huius sunt Hinricus et Gheuehardus fratres de Aluenfleue, Dreysekinus, Albertus de wodenfwege, Johannes Crusemark, nostri milites, Et alii quam plures fide digni. Actum et datum Arneburgh, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. nonagesimo nono, In vigilia beati Martini.

XXXI. Markgraf Hermann überläßt dem Kloster Arendsee zwei Hufen in Binnow, am 15. August 1303.

Hermannus, dei gracia Marchio Brandenburgensis et dominus de hennenberg, Vniuersis presentem litteram inspecturis Salutem in domino sempiternam. Ne ea, que geruntur, simul cum tempore euanelcant, expedit, acta hominum sigillatis apicibus eternari. Nouerint igitur tam posterum quam presentes, quod honorabilis viri domini henrici, prepositi in prizwale et Rectoris ecclesie in Arneborch, cappellani nostri dilecti, precibus inclinati Claustro et Conuentui sanctimonialium in Arneffe contulimus et dedimus, damus et conferimus in hiis scriptis Duos mansos in villa pynnowe situatos cum omnibus attinenciis et pertinenciis et vniuersis Juribus et vtilitatibus proprietatis tytulo in perpetuum possidendos, Transferentes in dictum claustrum et conuentum omne Jus possessionis, proprietatis et vtilitatis prefatorum manforum absque angariis et parangariis, precariis, exactionibus et seruiciis generis cuiuscunque. Renunciamus eciam omni Juri et vtilitati, quod nobis seu nostris successoribus de sepedictis mansis poterit in posterum deriuare. Vt autem hec donacio a nostris successoribus et officialibus firma et inuiolata permaneat, presentem litteram sigilli nostri munimine duximus communiendam. Testes autem huius sunt Dominus henricus de aluenfleue, Dominus Borchardus de Berenwinkel, Dominus henricus pincerna, et Dominus droyfiko dapifer, et dominus Rudolfus de Nembek Plebanus in Berlyn. Actum et datum in Spandowe, in Assumpcione beate virginis, Anno domini Milleesimo Trecentesimo tercio, et decimo octauo kalendas septembris.